Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36550
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

agnorum & sanguinem thaurorum & hyrcorum nolo. Et paulo post subiungit. Auferte
nequitias ab animabus uestris. ac spectu oculorum meorum. discite bonum facere. eri
pite iniuriam accipientem. iudicate pupillo. & iustificate iudicium uiduae. & ue
nite disputemus dicit dominus. Et si fuerint peccata uestra ut fenicium ut ni
uem dealbabo. si autem ut coccinum. ut lanam candidam efficiam. Vendit
mihi arietem & daniel. cum dicit. quia non locus est adsacrificandum in conspectu tuo ut
possimus inuenire miam. sed in anima contribulata. & spiritu humilitatis suscipi
amur. uelut in multitudine agnorum pinguium. sic fiat sacrificium nostrum in
conspectu tuo hodie. Vendit nobis & dauid arietem sacrificii cum dicit.
sacrificium deo spiritus contribulatus. cor contritum & humiliatum deus non spernit. Cum
igitur singuli prophetae. ut et apostolorum consilium his qui delinquunt dederint quo
possint corrigere. et emendare peccatum. merito his uendidisse arie
tes adsacrificium iudeorum. Quid autem pecuniae accoparantibus sumamus il
lud opinor legendi studium uigilias audiendi uerba dei. & super omnia
dignissimum precium obedentiam puto. de qua dicit dominus. Obedentiam malo
quam sacrificium. & dicto audientiam magis quam holocausta. Post haec subse
quitur. Et locutus est iniquit dominus ad moysen dicens. Praecipe aaron & filiis
eius dicens. haec est lex holocausti. hoc holocaustum incoeremationem sua erit
super altare. tota nocte usque mane. & ignis altaris ardebit super illud nec
extinguetur. induet se sacerdos tunica linea. & campestre linea induet
circa corpus suum. & auferat hostiam quam consumpserat ignis holocaus
tum de altari. & ponet illud secus altare. & despoliabit se stola sua.
& induet stola alia. & eiciet hostiam quae coremata est extra castra. in locum
mundum. & ignis super altare ardebit. nec extinguetur. & coburet super il
lud sacdos ligna mane. & consipabit in illum holocastum. & imponet super
illud adipem salutaris. & ignis semper ardebit super altare. nec extin
guetur. diuidis semper debere ignem esse super altare. Et tu si uis esse sacdos
di sicut scriptum est. omnes uos sacerdotes dei estis. & ad te eni dicit. gens
sancta sacdotium sem. ppls in acquisitione. Si igitur uis sacdotium agere animae
tuae. numquam recedat ignis de altari tuo. hoc est quod & dominus in euangelio
praecepit. ut sint lumbi nri praecincti. & lucernae nrae ardentes. Semper
igitur ignis fidei. & lucerna scientiae accensa sit. Si & quod dicit lumbi